

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema LVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

2. Baptizati Christum induerunt in Baptismo , Gal.3.  
& spiritum Christi habent, qui Christum habent, Rom.8.  
ver.9.

Qui autem Christum habet , Patrem quoque habet.  
Quia Joan.10.v.30 ipse & paternum sunt. Christiani  
ergo habent Deum. Explicalatius.

F I N I S.

### T H E M A L V I I I .

Psal.77.v.2.& 3.

*In tempore tribulationis requisui Dominum , &c.  
Cum perturbatus sum , recordabor Dei , in angustiis lo-  
quebar.*

### D I S P O S I T I O .

Commendatur Hiobus hoc nomine , quod licet gra-  
uissimas perpessas tribulationes , tamen non peccauerit  
contra Dominum , Job.1.v.22. Etideo David ori suo cu-  
stodiā vult posere, ne peccet contra Dōminū ore suo  
aut lingua, Psalm.39.v.2. Graue hoc est & difficilimum,  
præsertim in tentationibus grauissimis internis , & spi-  
ritualibus , quæ omnem animi vigorem absolumunt. Neque  
vero rantum lingua aut ore , sed cogitationibus etiam  
internis & occultis , tum peccatur , contra Deum. Id ne-  
fiat , Psaltes his verbis , suo exemplo præscribit modum ,  
quomodo in tantis angustiis agendum , ne vel cogita-  
tionibus , vel dictis , vel factis peccemus. Hæc ars artium  
erit , si discamus illam.

Dicimus itaque ordine 1. In tribulationibus & angu-  
stiis , quid cogandum. 2. Quid loquendum. 3. Quid fa-  
ciendum.

#### I. Pars.

Antequam pergamus ad institutum , sciendum , hic esse  
sermonem de internis tribulationibus animi , quas vocat  
perturbationes & angustias. Nec de leuioribus loquitur ,  
quas

X.  
Baptismo, Gal.  
m habent, Rom.  
m quoque hinc  
a sunt. Chilis  
III.  
Dominum, &  
, in angustia lo  
I 0.  
, quod licet gra  
in non peccatum  
Daud. om. suo co  
Dominum osti  
elt & difficult  
ivitensis, & p  
ab amiss. Neq  
probationibus esse  
aut Deum. Mat  
afficit modum,  
m, ne vel cogita  
Hec autem  
tionibus & eng  
adum; Quod  
, scindunt, hinc  
animi, quaeroc  
wicibus loquunt  
qui

THEMA LVIII. VET. TEST. 189

quas ferre facilius possumus, sed de grauissimis, vbi re-  
vuit consolari anima nostra,

Discendum hic ante omnia, s̄pē in tanto & tam acer-  
bo confictu tentationum nullam consolationem admit-  
ti, aut inueniri ab animo sic tentato, quæ illum dolorem  
mitigare possit, statim, absque mora. Id sanctissimis acci-  
disse videmus ex his verbis. Hiobus optat suspendium a-  
nimæ, Hiob. 7 v. 15. Iacobus Gen. 37. nullam vult admittere consolationem.

Iaque videmus quam sit necessarium, ut tempore pro-  
sperioris fortunæ, colligamus nobis ex verbo Dci, the-  
saurum consolationum, quibus postea ignita illa Satanæ  
tela excipere possimus. Vincendum enim, nec cedendum  
his malis.

Quid igitur tum cogitandum? Alii tum tantum indul-  
gent cogitationibus illis, quæ suadent, Deo esse renun-  
ciandum, qui nos sic deseruerit & abiecerit à facie sua.  
Cogitant nullam superesse spem liberationis. Es ist aus  
mit mir. Es wird nicht mehr besser.

Cogitant tantum de peccatis suis, & illa cum Caino  
maiora esse iudicant quam quæ possint remitti, Gen. 4.  
vers. 13.

Cogitant tantum de morte & illam vocant atque ex-  
optant cum Hiobe, ut liberentur ex istis inferni horro-  
bus, Hiob. 7. v. 15.

Et se iam viuos inferno inferiori collocatos existi-  
mant. Illorum anima renuit consolari. Contra v. cum ita  
sumus perturbati, Psaltes uno verbo iuber cogitare de  
Deo: qui has immittit tentationes, Psal. 71. v. 20. non  
ut pereamus, sed probemur & gloriose liberemur.

Cogitandum itaq; tentatis de infinita Dei misericor-  
dia, Syr. 2. vers. 21. quæ non permittit nos perire in tenta-  
tionibus.

Cogitandum de illis probationibus Dei per ignem. Es  
müsste hart zugehen / ut fiamus electi, Elsa. 48. vers. 10. Sy-  
zach. 2. v. 5. Prou. 17. v. 3. Sap. 3. v. 6, 1. Pet. 1. v. 17. Et deglo-  
tios

riosis illis liberationibus, de quibus Esa. 54. v. 7. Psal. 56. v. 14. & 71. v. 20. & 86. v. 13. & 116. v. 8.

Proponenda & in corde meditanda exempla eorum, quos Deus sic eripuit. David Psal. 30. v. 4. Hiskias, Es. 38. v. 17. Paulus cui datus *oxiðoψ*, & tamen non recessit ab ipso gratia Domini, 2. Cor. 12. v. 9. Hoc est de Deo cogitare. Das ist noch wohl.

## II. PARS.

In angustiis quid loquendum? Alii tacent, & in annum suum resorbent dolorem: quod nihil afferat solaciis, sed cor magis grauat. Ideo dicit Psaltes: le tum loqui Ich tash es herauß.

Alii dum fremunt contra dominum, & indignantur in illis angustiis, effutunt ea, quae & stulta sunt (sic ut Hiob reprehendit vxorem, Hiob. 2. v. 10.) & impia.

Præfertim cum non statim sequitur leuamen. Vide voces indignabundas Hiobis. cap. 3. v. 3. & seqq. per totum caput. Et cap. 6. v. 11. & 7. v. 13. & 10. v. 2. & 19. v. 6. & 27. v. 2. & cætera.

Et Hieremiaz etiam Prophetæ, Hier. 20. v. 14. At non sic loquendum, supra initio huius concionis ex Psal. 19. v. 2. audiuiimus. Quomodo igitur? Sicut de Deo cogitandum: ita cum Deo loquendum: illi autem non obloquendum. Pie autem cum ipso loqui possumus. Quod sit in precibus piis. Tum enim vel Deus nobiscum loquitur, vel nos cum ipso.

In finum illius effundendæ querelæ de nostris miseriis: non quod ipse nesciat, sed quod hoc sic fieri velit. Hinc multi Psalmi plene querelarum, vt Psal. 6. v. 4 & 7. Psal. 38. v. 4. Psalm. 42. v. 7. Psalm. 88. v. 6. & seqq. Psalm. 102. v. 4. & 5. Psalm. 143. v. 3. & 4. Ipse filius Dei effundit suas querelas coram Deo. Anima mea usque ad mortem tristis, Matt. 26. v. 39. Das klagen mag Gott wohle leiden. Et sicut alias hoc leuare dolorem videtur, si nostras miserias possimus effundere in finum amici: ita si sic cum Deo loquamur, sentiemus leuamen.

## III. PARS.

## III. Pars.

**Quid porro faciendum in tribulationibus?**

1. Manus meas extendo ad Dominum, ut iuuet.
  2. Requisui Dominum, precibus ardenterissimis. Vbi querelas nostras effudimus, rogandus Dominus, ut is o-  
pem ferat, cum aliud auxilium non possumus sperare.  
Iosaphat, 2. Par. 20. v. 12. Et hoc ipse Dominus requirit à  
nobis paucum. Me inuoca, Psalm 50. v. 15. Faciem meam  
quarite, Psal. 27. v. 8. Clamate ad Dominum, Joel. 1. Peti-  
te, Matth. 7. v. 7.
  3. Neque vero mox cessandum, sed etiam de nocte ex-  
tendatur manus, sed de die non sentiamus auxilium. Hoc  
illud est: indesinenter orandum, Luc. 18. v. 1. Et in standum,  
Rom. 12. v. 1; Psal. 120. v. 1. & 121. v. 1.
- Tum sequitur id, Esa. 65. v. 24. Ego audiam. Et Psalm.  
50. v. 51. & 91. v. 15. Eripiam. Nec ultra vires, 1. Corinth. 10.  
v. 13. Sic vincere poterimus, Rom. 8. v. 37. Fides victoria,  
1. Joh. 5.

F I N I S.

## THEMA LIX.

Psalms. 84. v. 11.

*Melior est dies una in atris tuis quam alias mille. Eleg-  
ianua assidere in domo Dei mei, quam dia vivere in ta-  
bernaculis impiorum.*

## D I S P O S I T I O.

**Quodnam maximum fuerit Davidis olim exulis desi-  
derium, ex Psal. 27. v. 4. patet, ubi hoc unum optat, ut pos-  
sic in domo Domini videre cultus sacerdos.**

Hoc suum desiderium à Domino iam impletum, gra-  
to animo agnoscit, & misericordia prædicat in hoc Psalmo,  
ex quo hoc unum tantum placet in præsentia tractare.  
Quænam fuerit Davidi omnium gratissima habitatio,  
aut conuersatio, vel delectatio in his terris: de qua hic lo-  
quitur: